que pisanorum marturiensium et cete_
rorum militum qui venerant in auxilium
in bellum prestolabantur ingressum.
conversi sunt senenses in fugam ultra
quam ve. ve. reportantes et credentes
in ipso quasi castro in subsidium
posse reverti. sunt ex eis capti duo
milia trecenti. et ingressum cum esset
iam occupatum. sunt plures occisi.
fuit enim quasi civitas capta. quod per
vexilliferum illustris comitis Guidonis
et socium eius liquet. qui civitatem
intrantes capti remanserunt bellantes
in eadem pietate civitate denegante
florentinos intrare non respiciente
superbiam que cum sit omnium ma_
lorum index principium indiscre_
tum querit producens processum
valde dampnosum et vituperabilem
exitum. Reversis autem Florentinis
ad castra super gestis conferebant de
victoria se ipsos non comendantes.
Et cum in nocte quiescerent fatigati
dominum collaudantes permissione dei